

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Metropolis Salisvrgensis**

Continens Primordia Christianæ Religionis Per Boiarium Et Loca quædam  
vicina; Catalogum videlicet & ordinariam successionem Archiepiscoporum  
Salisburgensium, & Coëpiscoporum, Frisingensium, Ratisponensium,  
Patauiensium, ac Brixinensium

**Hund, Wiguleus**

**Monachii, 1620**

Priuilegium Friderici Imp. II. de regali Coenobio sanctimonialium B. Mariae,  
Patauij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13553**

## III.

**I**N nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Amen. Leopoldus Dei gratia Dux Austriæ & Styriæ, vniuersis Christi fidelibus, in perpetuum. Cūm singularem Ecclesiarum utilitatibus debeamus semper, atq; velimus prospicere piâ mente, principaliter autem & præcipue Pat. Ecclesiæ, quæ nostra est mater in Deo, hoc debitum soluere volumus & debemus, & gratia filialis reuerentia; quâ ipsi duximus exhibendam in terris, ipsa nos materno affectu reddat acceptos postmodum & felices in cœlis. Quocirca tām futurorum, quām præsentium memorias commendamus, quod nos, & pro nostrâ, & tām progenitorum, quām hæredum nostrorum salute; nec non & pro meritis & deuotione Cathedralium Ecclesiæ eiusdem, de concilio fidelium nostrorum, presentatiā manu ipsi Ecclesiæ matris nostræ donauimus, vt vniuersalitatis ad comunitatem mensam & vsum eorundem Cathedralium spectantia, sine mura & furfari, & sine omni exactione in Danubio liberè transducantur. Vnde haec nostra donatio ab aliquo in posterum possit aut debeat infringi, præsentem paginam sigilli nostri immunitate, cum horum qui interfuerunt, nominibus iussimus annotari: Quorum primus est, dominus Otto Frising. Episcopus, Bernhardus præpositus S. Nicolai, Ulricus de Bernekh, Ulricus de Weka, Hademarus de Cur. Marquardus de Hindperg, Rudolfus de Bottendorf, Ulricus de Welkenstein, Heinricus de Landsdorf, Hademarus de Wesen, Otto & Conradus fratres de Haichenbach, Heinricus de Ahaim, Conradus de Schlehdorf, & alij quam plures. Acta sunt haec in Scolis Patauiæ, Anno Dominicæ incarnationis M. C. X. VI. indict. I. V. sub Innocentio II. L. Papa, regnante Friderico Rege Romanorum & Siciliæ. Datum per manus Heinrici Patauien. Can. &c. Notarij.

Denuò scriptorum appetet variatio circa Episcopum Vdalricum huius nominis secundum. Bruschi Comitem à Dießheim vocat, Dieteboldi conitis, & Domina Gisela comitissæ Bergensis, vel Vohenburgensis filium, germanum fratrem Othonis secundi Frisingensis Episcopi &c. D. Hund. fratrem appellat Heinrici, Theobaldi, & Manegoldi Episcoporum supranominatorum: nec non Othonis tertij Episcopi Frisingen. quod sit ait, quatuor fratres Bergenses Comites Episcopi Patauien. inuicem sibi successerunt. Idem tradit D. Hund. sub Ottone Frising. Episcopo II. non tertio huius nominis, qui nullus fuit. Vid. etiam Chronicon M. S. Episcoporum Patauien. hunc VDALRICVM simpliciter commemorat Canonicum Patauiensem: nulla habita mentione generis vel natalium.

*Priuilegium Friderici Imp. II. de regali Cœnobio sanctimonialium  
B. Mariae, Patauij.*

**I**N nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Fridericus secundus, diuinâ fauente clementiâ Romanorū Rex semper Augustus, & Rex Siciliæ. Votis fidelium nostrorum, præsternim quæ ad manifestos Ecclesiarum usus cedere videntur, de consuetâ Regiæ serenitatis munificentia più semper fauore volentes impendere, præsentis scripti certitudine, ad notitiâ præsentis tui, atq; ad memoriam futuræ posteritatis volumus venire; quod ad instatiâ & obnoxias preces dilecti principis fidelis nostri Ulrici Patau, Episcopi (quæ in obsequijs imperij & nostris iâ dudu non tantummodo inuenimus deuotum, verum etiam in suæ fidelitatis feroce credimus, imo nō dubitamus, constantem in antea permansurum) ad recognitionem laudabilium meritorum suorū quoddam feodum, quod de concambio antiquitus inter imperiū & cathedralē Ecclesiâ Patau, de Regali tunc Cœnobia sanctimonialium intemerata Virginis Dei genitricis Mariæ facto, tūc cessit Imperio;

perio; quod feodum tunc Vexilli, vulgo Vanlechen appellatum, illustris quondam O. Dux Bauariae ab Imperio dinoscitur assecutus. Hoc idem feodum dilectus consanguineus noster & fidelis Ludouicus illustris Palat. Comes Rheni, Dux Bauariae ad preces nostras, in manus Regie celstitudinis voluntariè resignavit; nosque illud in continenti; prælibato Vlrico Patau. Episcopo, & suæ Ecclesiæ liberaliter dignati sumus conferre & confirmare. Ipse aut Episcopus sollicitè procurans Ecclesiæ suæ vilitatem, ipsum feodum statim titulo legalis successionis, contulit prænominato Duci Bauariae, ab ipso Episcopo, suis quæ successoribus, non ab Imperio, ratione feedi de cætero recipiendum & possidendum. Ut itaque hæc apud posteros incounusa permaneant, & perpeti firmitudine obseruentur, hoc priuilegium, ob dilectionis evidentiam, memorato Episcopo, suæ Ecclesiæ indulsimus, sigillo aureo mentis nostre roboratum. Huius etiam testes sunt, Sifridus sanctæ Magunt. sedis Archiepiscopus, Ekevvertus Bambergen; Sifridus Augusten. Heinricus Basiliæ. Episcopi; Luipoldus Dux Austriae & Stiriae, Bernhardus Dux Carinthiæ, Otto Dux Meraniæ, Heinricus nobilis de Nissen, Anshelmus de Gustigen Marscalcus imperij, Waltherus de Sipf pincerna, Dieto Camerarius, Philippus de Pollandia, Hademarus de presul, Heinricus de Londstorf, Waltherus de Tanenberg, Otto de Marspach, & alij plures. Signum domini nostri Friderici invictissimi Romanorum Regis, & semper Aug. & gloriose Regis Siciliæ. Ego Conradus Meten. & Spiren. Episcopus, imperialis aulæ Cancellarius, vice domini Sifridi Moguntinen. sedis Archiepiscopi, totius Germania Archicancellarij, recognoui. Acta sunt hæc Anno Domini M. C C X V I I . regnante domino Friderico secundo, diuinâ fauente clementia Romanorum Rege, semper Augusto, & gloriose Rege Siciliæ. Anno Romani regni ipsius V. Siciliæ vero XVIII. Datum in solenni curia Nurenberg, Anno prætaxato 12. Cal. Febr. V. Indict.

*Priuilegium Friderici Imp. II. super feudo Fahnheben Vdalrico Episcopo concessum.*

Fridericus secundus diuina clementia Romanorum Rex semper Augustus, Rex Siciliæ, &c. Votis fidelium nostrorum, præsertim quæ ad manifestos Ecclesiarum usus cedere videntur, de consueta regie serenitatis munificentia pium semper fauorem volentes impendere, præsentis scripti certitudine, ad notitiam præsentis æui, atque ad memoriam futuræ posteritatis volumus venire: quod ad instantias & obnixas preces dilecti principis nostri Vdalrici Patauiensis Episcopi, quem in obsequijs nostris & Imperij iam dudum non tantum inuenimus deuotum, verum etiam in suæ fidelitatis fauorem credimus, imò non dubitamus constantem in antea permansurum, ad recognitionem laudabilium meritorum suorum quoddam feodum quod de concambio antiquitus inter Imperium & Cathedram Ecclesiam Patauiensem de \* Repahi tunc coenobio sanctimonialium intemeratae Dei Virginis genetricis Mariæ facto, tunc cessit imperio, quod feodum tunc vexilli nomine Vanlechen appellatum illustris quondam Dux Bauariae ab imperio dinoscitur consecutus: Hoc idem feodum dilectus noster consanguineus & fidelis noster illustris Ludouicus, Palatinus comes Rheni, & Dux Bauariae, ad preces nostras in manus regie celstitudinis voluntariè resignavit, nosq; illud in continenti præfato Vdalrico Patauiensi Episcopo & suæ Ecclesiæ liberaliter dignati sumus conferre & confir-